iectantibus reſpõdeas ſuppetet. Quo
circa obſecro: vt rebus his irriſione
digniſſimis reiectis: coꝝ ora occluda
tis qui longe aliter de gehẽna ꝙ̃ vos
ipſi ſenſerint. qñ vt perexigua errata:
ita et benefacta acerrime conquirent̃:
adeo vt pro ĩpudico oculoꝝ aſpectu
penas daturi ſimus: pro qꝫ ſuꝑuaca
neis ocioſe qꝫ dictis: pro leui inſuꝑ ⁊
tenui contumelia: pro qꝫ vinolentia
demũ ipſa: tormenta nobis ſubeunda
ſint. Sic contra pro gelidioris aque
ciatho cõmunicato: vel ſolo gemitu:
mercedẽ ꝓmerebimur. Da ei ſignuꝫ
inquit in faciẽ ingemiſcentiũ ⁊ dolẽ
tiũ. Quo igitur pacto affirmare aude
bis eũ qui noſtra omnia diligentius
ſcrutet̃: fruſtra fuiſſe gehennã cõmina
tũ? ne obſecro: ne inq̄m inani hac ſpe:
cum te ipſum: tum tue huius opinio
nis ſectatores: eas perditũ. Nã ſi meis
is forte diffidenduꝫ eſſe dictis cenſue
ris: iudeos: gentiles: hereticoſqꝫ vni
uerſos rogato: reſpondebunt ſane ad
vnum omnes futurũ iudiciũ: futurã
qꝫ vt bonoꝝ ita et maloꝝ: retributio
nẽ. Et ſi homines haud ſatis petitiõi
huic facturos exiſtimaueris: pete vel
demones ipſos: audies mox illos cla
mitantes: quid huc veniſti nos ante
tempꝰ cruciatũ? Quibus omnibus in
vnum coactis: perſuade animo ne fru
ſtra deliret: ne gehẽnã expertꝰ: de ea
certioꝛ fiat. qñ illiꝰ cõtemplatione et
metu moderatioꝛ effectus: eiuſdẽ q̄at
et cruciatꝰ effugere: et futuris bonis
potiri

¶ Occultãda ſunt opa bona ⁊ maxĩe
religioſis exemplo ¶ Ser. xx

Rerũ tuaꝝ diſpenſatio: eccleſie
p̄ſidibus minime ꝯcedẽda
eſt: quin per te ipſum exequẽ
da. vt non ſolũ minuendi fortunas tu
as: ſed etiã adminiſtrandi mercedẽ ha
beas. Ipſe ſemen tuis manibus ſulco
i ctã. non cm̃ hic erit terre aratrũ de
figendũ: aut boues iungendi: vel tellꝰ
ipſa nouanda: gelu qꝫ ⁊ frigoꝛe cõten
dendũ. hac eñ omni difficultate caret
iſtiuſmodi ſemen. in celo nanqꝫ ſemi
nas: vbi algores nulli: neqꝫ hyems:
vel eiuſmodi aliud quippiã inuenitur.
in animos ſeris: vnde nemo qd̕ ſatuꝫ
fuerit tollet. qñ ĩhe͛rebit maxĩe ⁊ acri
us ac celerrime detinebitur. Tu ſemẽ
iacito: cur te hoc premio fraudas? ma
xima eteñ ſunt propoſita premia: his
qui aliena recte ſumminiſtrauerint. ſi
quidem nõ ſolũ qui ſua diſtribuit: ſed
et qui oblata bene impartitur: dignꝰ
mercede eſt. Tu vero cur illam tibi
cũ liceet non vendicas? Qd̕ aũt vel ex
eo futurũ ſit premium: illud audi. Cõ
ſtituerunt aũt apoſtoli Stephanũ et
qui circa eũ erant: ad diſpenſationem
per manꝰ faciendã. Efficere ergo ⁊ tu
tuaꝝ rerum diſpenſatoꝛ. hec enim hu
manitas id eſt dei timoꝛ: te foꝛtioꝛem
reddet: inſolentiã tollet: animo q̇eteꝫ:
manibꝰ ſanctitatẽ: largietur: intellectũ
eliciet: philoſophari edocebit: prom
ptioꝛem faciet: et benedictionis parti
cipem: qua et caput ipſum manuũ mi
niſterio donatur. Eſto itaqꝫ ad oꝛan
dum diligentioꝛ: ſanctoꝝ viroꝝ curã
ſuſcipito: coꝝ dico qui vere ſunt ſan
cti: qui in ſolitudinibus conſidunt: q̄
emendicare nequeũt: qui deo adherẽt
Iter longius ſuſcipe. tu met tua ali
is impartire: plurimum enĩ vtilitatis
afferet iſtiuſmodi per te datio. Spe
ctabis eniꝫ in ea heremo tuguriolũ:
videbis et diuerſoꝛium: oculis ſolitu
dinem luſtrabis: ita vt cum illo ꝑ cau
ſam pecunias dilargiendi cõceſſeris:
⁊ animã pleruꝫqꝫ deo integre detẽtus
qꝫ efficere illis conſeruꝰ: et hoc ſeculo
alienus ⁊ hoſpes. magnũ quidẽ ꝓc

clarū eſt pauperes intueri ⁊ inuiſere.
Melius enī eſt inquit ingredi domū
luctus ꝙ domū leticie. inde nanqꝫ in-
cenditur ad virtutē animꝰ. Nam ſi la
ſciuientibus ceteris ⁊ ipſe arriſeris:
erit id tibi quedā ad luxū et incōtinē
tiā incitatio. ſin aūt: meſticia corripie
ris. in domo aūt luctꝰ nihil eiuſmodi.
nā ſi delicie deerunt: dolore carebis.
Si vero inerunt abſtinebis. Certiſſi
me lachrymarū ſedes: monaſteria ſūt:
vbi ſaccus et cinis: vbi ſolitudo: vbi
riſus nullus: vel rerū preſentium ob-
turbatio: vbi ieiuniū ⁊ humi cubatio.
Sunt nāqꝫ ibi omnia nidore ⁊ illece
bris vacua: et quauis int̄pellatione ⁊
inquietudine libera. inſuꝑ portus trā
quilliſſimi ſunt: quos qui inhabitant
veluti ignes ſunt: qui cū e loco editi-
ori emicent: lucem vel eminus aduen
tantibus exhibent. cūqꝫ vel in portu
reſederint ceteros ad ſuam alliciunt
tranquillitatē: neqꝫ ſe intuentes pati
naufragiū ſinūt: vel in tenebris dege
re: qui ad ſe oculos intenderint. Adi
to itaqꝫ iſtiuſmodi viros: vtere eoruꝫ
contubernio: accedito inq̄m: ⁊ ſancto
rum pedes amplexare: quos prehen
ſare: longe venerabiliꝰ eſt: ꝙ aliorum
cōplecti caput. Dic mihi: ꝯplectūtur
nōnulli ſtatuaꝝ pedes: q̄m figuram ⁊
imaginem preferant imꝑatoris: tu ne
illū qui chriſtū continet tenebis a pe
dibus? ſancti itaqꝫ ſunt iſtiuſmodi pe-
des: vel ſi viliſſimi fuerint. inquinato
rū vero: neqꝫ caput ipſiuꝫ honore di-
gnū. ſiquidē ſanctorum pedes perma
gna operati ſunt. naꝫ et excruciare ſo
lent: cum a ſe excuſſerint puluerem.
Cum igitur quiſpiā ſanctꝰ apud nos
fuerit: nihil vile illius ducemus. ſan-
cti enī ſunt oēs qui vt recte credunt:
et vixerint: vel ſi nulla ediderint ſi-
gna: vel demones eiecerint: ſancti ſūt
Etenim ad monaſterium ſancti viri

diuertere: tale eſt: quale foret e terris
ad celos ſubuolare. non enim tibi in
eo licebit que domi plerunqꝫ intueri.
nam ⁊ monachorum cetus ille perpu
rus eſt: ſilentium qꝫ apud eos: et qes
plurima. Hoc meum tuum illud lon
ge abeſt: apud quos ſi ad diem vnum
ſeu binos manſeris: eo maiorem ſenti
es voluptatem. cum enim primum di
es illuxerit: quinimmo ante ipſiꝰ di-
ei lucem: edidit vocem gallus: nihil
tum ibi ſimile ſpectabis: quod domi
ſolemus ſteterūt ſerui et familia: erūt
occluſe fores: mortuis omnes ſimilli-
mi pre ſomno videbuntur: quatiet aſi
narius tintinabula. ſed mox omnes ꝑ
monaſterij preſidem excitati: ſomno
excuſſo: modeſte conſurgunt: ſtantes
qꝫ ſanctum illum ſtatuunt chorum: ſta
timqꝫ tollentes manus: ſacros decan
tant hymnos Neqꝫ eniꝫ vt nos in ex
cutiendo ſomno ⁊ ſopore multo: ho-
rarum longiori indigent ſpatio. ipſi
enim ſimul ac e ſtratis attollimur: ad
multam horam oſcitando: et corpus
diſtrahendo: reſidemus: mox ad ſe-
cretuꝫ accedimus egerendi gratia: de
inde manus faciem qꝫ abluimus: poſt
hec veſtem induimus ⁊ calceos: hoc
pacto temporis plurimum teritur.
Apud hos autē nihil huiuſmodi: ne-
mo ſeruum euocat: cum quiſqꝫ ſibi fa
ciat ſatis: non multis indiget indumē
tis nec ſomni excuſſore opus habet.
ſed vt primum aperuit oculos: pre ab
ſtinentia ſimilis apparet ei qui multū
ac diu dormitauerit. nam cum nullo
cor fuerit cibo grauatum aut ſuffuſuꝫ:
nec longius illi neceſſarium eſt ad le-
uandum tempꝰ: q̄n leuior: ocius ſe ex
terſis manibꝰ attollit. ſomnꝰ preterea
illis modeſtus eſt et ſobrius. nemo ei-
ibi ſtertentem quempiam viderit aut
anhelātē: neqꝫ int̄ quietē corꝑe iacta
būdum vel nudum. Sꝫ dormiunt ſane

cubantes moleſtius q̄ꝫ vigilent cete
ri: q̄d profecto e quadā bene inſtituti
animi moderatione efficitur. Hi pro⸗
culdubio ⁊ ſancti ſunt et inter hoīes
angeli habendi. Plurimꝰ enim dei ti
mor: arcto et profūdo ſomno haud q̄⸗
q̄ꝫ eos ſinit ſoporata mēte īmergi: qn
leuior ille dūtaxat imminet ad q̄etem:
a quo vel eoꝝ inſomnia minus aliena
ſunt enim vanis et monſtruoſis ima
ginibꝰ vel preſtigijs vacua. Vn̄ vt di
ximus edente gallo vocē: cū monaſte
rij prepoſitꝰ: vel vnum pede pupuge
rit: omnes excitauit. neqꝫ enim ibi nu
dos cubare fas eſt. inde expergefacti:
ilico ſtantes propheticos hymnos:
cōcinnitate ſumma et modulatis car
minibus decantant: eo modulatu et
ſimphonia: vt neqꝫ cythara: neqꝫ fiſtu
le vlle: neqꝫ aliud muſicum in id genꝰ
inſtrumentū: talē edant ſonū: qualem
audire licet: ītegerrimis viris illis: al
tiori quadā quiete: et animi tranq̄llita
te: ſuccinentibus. qui cantus ⁊ ſuaui
tate referti ſunt: et diuino amore op
pleti. In noctibus īquit extollite ma
nus veſtras ad deū: et illud. Vigilat
anima mea ad te deus q̄m lux ſunt p̄⸗
cepta tua in terra. Itē et Dauitici cā
tus: q̄ꝫ multos lachrymaꝝ concitant
fontes: cū canens Dauid illud pronū
ciat Deſatigatus ſum in meo luctu: la
uabo per noctes ſingulas lectū meū:
et in lachrimis ſtratū meū rigabo. Et
rurſum. Quoniā cinerē tanq̄ꝫ panem
manducabam. Quid eſt homo quoni
am illius es memor Homo vanitatis
factus eſt ſimilis: et dies noſtri tanq̄ꝫ
vmbra decedūt. Et illud. Ne timeas
cum ditabitur homo: ſeu cū fuerit au
cta gloria domus eius. Qui habitare
facit pares moribus in domo. Et ſe⸗
pties in die laudaui te: ſup̄ iudicia iu
ſticie tue. Et rurſuꝫ Media nocte ſur
gebā ad cōfitendū tibi: ſuper iudicijs

equitatis tue. Et illud. Deꝰ erue ani
mam meam de manu inferi. Et ſi am
bulauero in medio vmbre mortis: nō
timebo mala: q̄m tu mecum es. Item
nō timebo a timore nocturno: a ſagit
ta volante in die: a negotio in tene
bris perambulāte: ab occurſu et dmo
nio meridiano. Et extimati ſumꝰ tā⸗
q̄ꝫ oues iugulationis. Itaqꝫ oſcitāti⸗
bus nobis: ocioſeqꝫ torpentibꝰ ſtertē
tibus qꝫ vel ſupinis cubantibus: ⁊ fal
latias aīo verſantibus innumeras: ca
nunt illi iſtiuſmodi angelis vna. Lau
date dn̄m de celis cōcinentibus. At
vbi primū illuxerit: quieſcūt illi: idqꝫ
temporis q̄d nos ad laborem: illi ha
bent ad quieteꝫ. clareſcente vero die:
cum per cauſam impenſas computan
di vel dimittendi ad forum: alios euo
camus: is qꝫ principibus corā penas
veritus aſtat trepidus: alius ſe in ta
bernaculū confert: alius arti ſe ⁊ opi
cuius eſt gnarꝰ accōmodat: rurſum il
li matutinas inceptant preces: et hīc
ſe ad ſacrarum lectionē conuertunt.
Sunt ⁊ qui ſcribendi artē edocti: li
bros ſcriptitāt: et deſtinatis cellulis:
ſe quiſqꝫ tacitꝰ continet. Precatiōes
poſtmodū: que tertia ſexta ⁊ nona ho
ra: ⁊ veſperi inſup̄: dicuntur: abſoluūt
ita vt quadripartita die ſingulis par⸗
tibus: varijs deuꝫ laudibꝰ honorent.
Igitur veſcentibus ridentibus ⁊ la⸗
ſciuientibus reliquis: ac multo cibo
diſtento ventre diffractis: hi ſeſe hym
nis applicāt. cum eis nondū cibi ⁊ mē
ſe ſit tempus: neqꝫ vlla hoꝝ ſenſibiliſ
cura. Sumpto vero cibo: cū ſe p̄muꝫ
quieti dederint: hiſdem incumbūt lau
dibus. Huius vero mundi homines:
vel dies dormitant. at illi ⁊ noctes du
cunt inſomnes: quare lucis progeniti
merito poſſunt appellari. ſiquidem id
tempus q̄d reliqui ſomnolentie maio
rem in partem inſumunt: oneroſi qꝫ

ex cibo et graues prodeunt: abſtinẽt
hi et impaſti manent: et orationibus
ſtudent. Veſperi autem iterato ociã
tib⁹ ceteris:certatimq; ad balneas ꝓꝑe
rantibus: ad breue laboribus ſoluti :
nulla ſeruoꝝ excitata caterua:nullo ꝑ
domum diſcurſu aut tumultu : neq;
varijs et gulam irritantibus appoſi-
tis epulis diſcumbunt:pane dũtaxat
plerique contenti et ſale : alij oleo his
adiecto:et qui infirmiores fuerint:ole
ribus et leguminibus veſcuntur :di
uinis interea laudibus haud inter-
miſſis:cũ paululum conſederint ſin-
guli ſtorijs ⁊ humi:cubant:ad quietē
ſolum non ad delitias paratis. Nul-
lus ibi principum terror:nulla domĩo
rum deſperatio:neq; vlla ſeruilis tre
pidatio ē:nullus ibi femineus tumul
tus:nulla pueroꝝ obturbatio . Non
multe ſunt apud eos apothece:aut ꝯ
dendaꝝ rerũ gratia pata loca. nulla
abundans et ſeruata veſtis.auri ⁊ ar
genti nihil:cuſtodie nulle:nullum era
rium: vel aliud iſtiuſmodi quicpiam.
ſed oĩa orõne et diuinis laudib⁹ et
fragrantia ſpiritali ſunt plena . nihil
ibi quod carni indulgeat . Predonũ
incurſus haud verentur: cũ nihil ha
beant cuius poſſint iacturam pati.ſi-
quidem et pecunijs carent:corpus tã
tũ habent et animã:hanc ſi diripiãt:
profuiſſe potius viderentur q̃ dãni
aliquid intuliſſe:quando eſſent ꝑ eos
his corporis vinculis ſoluti . Mihi
enim paulus inquit : viuere Chriſt⁹
eſt:et mori lucrum. Vox itaq; exulta
tiõis in tabernaculis iuſtoꝝ. Nullus
preterea ibi eiulatus aut lamentatio
exauditur vel gemitus . vacat iſtiuſ-
modi merore domicilium illud:aut v
lulatu. Moriuntur ſane inter eos:nõ
nulli cum haudquaq̃ ſint corpore im
mortales.neq; tamen mortē pro mor
te ducunt.ſuos enim canticis premit
tũt mortuos:precedere illos extimã-
tes non emori. Et ſi e ſuis quempiã
obijſſe mortem enũtietur: gaudio ſũ
mo et leticia afficiuntur . quinimmo .
neq; illum audebit quiſpiam mortuũ
appellare.ſed viuendi finem feciſſe di
cet.proinde gratiarum actio : diuina
affatim laus et ſuauitas oritur :optã
tibus ſingulis ſe talem vite finem ha
bituros:eoq; modo ſeculi huius cer-
tamen excedere:ab agoneq; hoc et la
boribus exquieſcere et Chriſtum ip
ſum intueri. At ſi quis eorum egrota
uerit:nulle exprimuntur lachryme :
nullus gemitus: ſed orationi iterato
incumbitur:nulla medicorum manu:
ſed fide tantum plerumq; ſubleuatur
et egrotus conualeſcit:ꝙ ſi vel medi
co opus habuerit: permagna patien
tia ac tolerantia preſtatur. Non ad-
eſt preterea vxor ſoluta crines : non
liberi futuram orbitatem deplorãtes.
non ſerui orantes efflaturũ mox ſpi
ritum:ſeſe cuiq̃ commendatos relin
quat. Sed horum omnium liber ani
mus:vnum illud ⁊ ſolum aduertit :
vti vltimo ſuo efflatu : decedat deo
gratus. Verum ſi in morbũ aliquē
inciderit:nulla crapula: vel nimio ſto
machum grauante cibo:eũ ĩcurrũt.
quin potius erunt eius morbi cauſe
quauis laude cumulate :nulla egro-
tantium culpa exorte .nam vel ex lu
gubratione immodica: aut cibi lõgio
ri abſtinentia : languorem inferunt .
vnde et curãtur facilius:quando his
ſe queunt malis eximere:ſi deſierint
eque laſſeſſere : vt ceperant : et defati
gari . Dicet quiſpiam . Licebit ne iſti
uſmodi viros in media xpiani popu
li frequentia ſpectare? Nos vero ita
reſpondemus:nõ ea mente iſtoꝝ nos
vitã explicaſſe: vt videant̃ q̃ in eccĩs
viuunt contemnendi. q̃ multi enim

ſunt plerunq; iſtiuſmodi ſcitate viri:
et ſi haud ꝓpalam: vel in ipſo xp̄iano
rū conuētu medio. neq; ex eo ꝙ alie-
nas circūuagantur domos: aut in fo-
ro verſantur: vel alijs preſunt: parui
illos facimus: eo minus quo et deus
illud iniunxit. Judiciū inquiens pu-
pillo facite: et viduā iuſtificate. Diuer
ſe enim ſunt ad virtutē vie. ſiquidem ⁊
margarite inter ſe differūt plurimū:
vel ſi omnes idē ſint nomē ſortite: tā
hec fulgentior eſt et rotūda: illa vero
haud parē habet decorem: ſ; aliū quē
dam ⁊ variū. qualis vero ille ſit expli
cabimus. Quemadmodū enī corallū
artificio quodam ꝓductas in longū
lineas nōnūq; habet: circūciſos q; an
gulos et expolitos: colorē q; a candi-
do et ſi diuerſum: longe tamen dele-
ctabiliorē. viridis etiam iniectus co
lor: preter omnē viriditatē iuuat. Itē
et flos quidam coniunctam habet cū
innata fragrantia ⁊ ſanguinis colorē:
alius aūt qui glaucus fuerit: glaucita
te ipſa mare vicit: alius etiā erit pur
pureo colore ſplendidior: et iſtiuſmōi
pleroſq; alios videmus. inſuper ⁊ ſo
lis colores varios eſſe: inuenire quis
facile poterit? ſic et his ſimiles dici vi
ri ſancti poſſunt: quoꝝ nōnulli ꝓpria
quadā exercitatiōe ⁊ induſtria ſibi ip
ſis: pleriq; vero eccleſie: ꝓfuere. Ita-
q; vt eo vnde digreſſa ē redeat orō:
ſi ſanctoꝝ pedes lauerimus: ⁊ opem
tulerimus oppreſſis: ſalutare erit. In
cumbamus ergo his rebus: vt gloria
ri in celo poſſimus: ſanctoꝝ pedes ab
luiſſe. Qđ ſi hoꝝ abluēdi ſunt pedes:
eo magis et ipſi ꝑ nos pecunijs iuuā
di erunt. non enim ſciat ſiniſtra tua
quid faciat dextra tua. Quid multos
admittis teſtes? ſi enim fieri pōt: ne
dōeſtici quidē: vel vxor ipā ſit hꝰ bñ
ficij ꝯſcia. q̄plura enim ſunt ſubdoli
illius aduerſarij: impedimenta. plerū

q; enī coniunx arrogantia quadam:
vel alia quauis de cauſa: ⁊ ſi nunq; an
tea: tūc tā te interpellabit: ⁊ bñficium
illud tuū intercipiet. Siquidē abraā
etſi admirandā hēret vxorē: ea tamē
cū filiū eſſet immolaturus: clā habuit
preſerti cū ipſe rei euentū ignoraret:
certior tā ꝙ illū eſſet necaturꝰ. Quid
igitur e turba vir aliqs dixerit? quiſ-
nā is eſt q̄ hec facit? ⁊ his ſimul: non-
ne crudelitatis eū et ruſticitatis inſi-
mulabit? dicens: nō licuit matri filiū
ſpectare: ⁊ vltimā audire vocē: mori-
entēq; inſpicere? nihil tamē iſtiuſmōi
iuſto illi diuino amore inceſo venie-
bat in mentē preter id ſolū: vt dei mā
data exequeret. non ea in re filiū: nō
vxorem animaduertebat: et q̄d maxi
mū eſt futuri neſciꝰ: adeo ille omni ex
parte integrū deo offerre ſacrificium
ſtudebat: vt ne lachrymis quidē illud
aut contentiōe aliqua inquinaret. Ad
quē ait Yſaac: Ecce ligna: et ignis: vi-
bi nā victima? Quid ergo pater? Deꝰ
ꝓuidebit ſibi arietē ad holocauſtū fi
li mi. Ferē aūt id eſſe ꝓphericum: vt
illud. Et filiū viſurus eſt in victimā.
At cur eū q̄ immolādus ē celas? etiā
inquit: veritus ne torpeſcat: vel indi
gnus inueniat. Vides itaq; q̄ multa
diligētia vir ille cūcta factitaret: q̄ ſa-
cris litteris exprimūtur. Neſciat. ſ. ſi
niſtra tua quid faciat dextera tua? q̄d
illud ſonat: vel ſi quēpiā habuerimꝰ
q̄uis ꝓpinqtate iunctum. nihil illi q̄d
fuerit ꝑ nos pie geſtū vltro aperiemꝰ.
niſi cogat neceſſitas. multa quippe ex
eo ſuccedūt grauia. nā ſiquis ſupbire
occeꝑit: erit id quidē illi ad bene agē
dum impedimento. Quaꝓpter cū ali-
quid inopi impꝛimus: vel noſipſos ſi
fieri poteſt celabimus vt ea bona con
ſequamur: que nos in xp̄o Jeſu dño
noſtro manent certiora ⁊ parata